

3)

Episcopalis Merseburgensis priore tempore Otto-
nis primi imperatoris egregie libertatis et
nunc scribitur dux. Cuius causam in cronica
de Karolo magno sic reperi. Nam postquam
tū est Wilthindus dux cum omnibus principibus
Saxonie fidem suscepit, Karolus instituit
octo episcopatus in Saxonia et sustulit prin-
cipatus dignitatem temporalem et instituit
episcopos principes, ita quod temporales domini
fecerunt homagium episcopis et hoc factum
fuit pro conservatione fidei, quia Saxones viderent
duces suerunt contra fidem et sepius prius a
fide recederunt. Ut ergo per episcopos tam
spiritualiter, quam temporaliter possent
preservari seors, dignitates principatum instituit
Karolus. Ideo scribitur Theodericus princeps
Wilthindi magni ducis priore egregie libertatis
ut et non dux.

f. cclii⁶. rot. /

Quintus simplex

Theodericus egregie libertatis ut princeps
Wilthindi magni ducis, pater comes castri
in Witthin, genuit duos filios Dedonem et The-
dericum et filiam Mechtildam, que fuit
uxor Henrici primi imperatoris. Hec Mecht-
ildis imperatrix una cum Henrico impera-
tore suo marito fundavit monasterium
monachorum in Quedelimburch et in Northumbria
et in Quedelimburch ambo sunt sepulti.
Genuitque Ottonem Magnum imperatorem
qui fuit fundator civitatis et archiepiscopus
Magdeburgensis, Merseburgensis, Misnensis et
Gizensis.

Quintus simplex

Dedo, filius Theoderici, abnepos Wilthindi magni
ducis, comes in Witthin, frater Mechtildis imperatricis
avunculus Ottonis imperatoris Magni, mortuo Barone
Barone Merseburgensi comite, mediante Gise-
lero archiepiscopo primo Magdeburgensi comite
eius, qui inter Vipperam et Salam et Willebeke
fluvios situs est, adquisivit duxque propterea
uxorem Thebergam, filiam Theoderici marchionis
de Brandenburg, genuit ex ea filium Theodericum

Tet mater Ottonis Magni imperatoris

Monasteria in Quedelimburch et Northumbria

rot.

f. cclii⁶. add. in marg. man. rec. Bione
barone linea subducta post dd. et

Wip de

Wohl proferat pater fuit b) Wip (dd.) vipperam